

posuit modi expressionem cui dixit  
 spiritus sanctus superueniet in te  
 et virtus altissimi obumbrabit tibi.  
 Quinto posuit exemplum cui dixit  
 ecce elizabeth cognata tua pariet fi-  
 lum in senectute sua. Sexto affig-  
 nauit sufficientem rationem ad pre-  
 dicta cum dixit quia non erit impossi-  
 bile apud deum omne verbum. Si  
 autem de legibus et decretis tra-  
 ctare volueris primo tempore et lo-  
 co litteram ponas. secundo casus. ter-  
 tio littere expositionem. quarto si-  
 militudo. quinto contraria. sexto solu-  
 tiones. Et sic de qualibet scientia que  
 ad eam pertineant secundum presens prius  
 et posterius sunt dicenda. Hec dem-  
 que exempla super hoc aduerbio quando  
 tibi ad presens dicta sufficiant. tu  
 autem ex ingenio tibi a deo prestito  
 multa super hoc et super quolibet verbo  
 huius versiculi. Quis quid et. pro  
 tue voluntatis arbitrio poteris co-  
 gitare. Nam sicut abecedario scrip-  
 ture omnes voluntur. Ita super hoc  
 dicto versiculo quicquid dici vel ta-  
 cere debet fere posset inflecti. hanc  
 igitur doctrinam super loquendo vel  
 tacendo breuiter comprehensam tibi  
 et alijs tuis fratribus litteratis scri-  
 bere curauit. quia vita litteratorum  
 potius in loquendo vel in dicendo  
 quam in faciendo consistit. seneca hoc  
 testante qui ait. Culpa est minime  
 conueniens litterato viro occupari  
 patio exercendi laceratos et dilace-  
 randi virtutem. Si autem etiam super  
 faciendo volueris habere doctrinam  
 detrahatur de hoc versiculo istud  
 verbum dicas. et in loco illius ponas  
 hoc verbum facias. Unde dicatur  
 Quis. quid. cur. facias. cui. quomodo

quando. requiras. Et ita fere omnia que  
 dicta sunt supra. et multa alia pote-  
 runt ad verbum facias aptari vti-  
 liter. His demum auditis circa pre-  
 dicta exercitatione intentissima et  
 frequenti vultu tempus exerceas. Nam  
 exercitatio ingenium et naturam sepe  
 vincit. et vultus omnium magistrorum  
 precepta superat. ut valeas doctri-  
 nas dicendi ac faciendi in promptu  
 habere. deum insuper exora qui mihi  
 donauit predicta tibi narrare ut ad  
 eterna gaudiat nos faciat perue-  
 nire. Amen.

**E**xPLICIT liber de doctrina  
 loquendi et tacendi ab Al-  
 bertano causidico brixiensi.  
 ad instructionem filiorum  
 suorum compositus. Im-  
 pressus ac finit Memmingi  
 per Albertum Kunne de Duz-  
 derstat. Anno domini. 1489.